Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

est: et gaudeo propter uos,
ut credatis quia non eram
ibi. Sed eamus ad eum.
Dicit ergo thomas qui dicitur
didimus ad discipulos,
Eamus et nos, et moriamur
cum illo. Venit itaque ihs: et
inuenit eum quatuor dies
iam in monumento habentem.
Erat autem bethania iuxta
urbem quasi stadiis quindecim.
Multi autem ex iudeis uenerant
ad martham et mariam: ut consolarentur
eas de fratre suo. Martha
ergo ut audiuit quia ihs
uenit occurrit illi: maria
autem domi sedebat. Dixit
ergo martha ad ihm. Domine;
si fuisses hic frater meus non
fuisset mortuus. Sed et
nunc scio quia quecumque poposceris a deo dabit tibi deus.
Dicit illi ihs. Resurget frater
tuus. Dicit ei martha,
Scio quia resurget in resur-
rectione: in nouissimo die.
Dicit ei ihs, Ego sum resur-
rectio et uita. Qui credit
in me; etiam si mortuus
fuerit uiuet. Et omnis qui
uiuit et credit in me;
non morietur in eternum.
Credis hoc? Ait illi. Utique
domine. Ego credidi quia
tu es xpus filius dei; qui
in hunc mundum uenisti.
Et cum hec dixisset; abiit
et uocauit mariam sororem suam silentio dicens,
Magister adest et uocat te.
Ut illa ut audiuit; surgit
cito et uenit ad eum.
Nondum enim uenerat ihs
in castellum; sed erat ad
huc in illo loco ubi o-
currerat ei martha. Iu-
dei ergo qui erant cum ea
in domo et consolabantur eam
cum uidissent mariam quia
cito surrexit et exiuit; se-
cuti sunt eam dicentes,
Quia uadit ad monumentum
ut ploret ibi. Maria ergo
cum uenisset ubi erat ihsus;
uidens eum cecidit ad pedes
eius et dixit ei. Domine;
si fuisses hic; non esset